
21

OFFICIVM
S. ELISABETH
Reginæ Portugalliæ
SEMIDVPLEX.
Et pro Regno Portugalliæ
DVPLEX.

Recitandum die quarta Iulij ex mandato Sanctiſs. D.N. VRBANI Papæ VIII.

ET A SAC. RITVVM CONGREGATIONE recognitum, & approbatum.

ROMÆ, Ex Typographia R.Cam.Apoſt.

M DC XXX.

21

Digitized by Google

Digitized by Google



S. ELISABETHA REGINA PORTVGALLÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN FESTO
S. ELISABETH
Reginæ Portugalliæ

AD VESPERAS.

P ater noſter, &c.

A ue Maria, &c. ℣.

DEVS in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.

G loria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

S icut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. Alleluia.

Antiphona.

Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis.

Pſalmus 109.

DIxit Dominus Domino meo: ſede à dextris meis.

D onec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum.

V irgā virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

T ecum principium in die virtutis tuæ in ſplēdoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.

I urauit Dominus, & nō pœnitebit eum: tu es Sa-

cerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech.

Dominus a dextris tuis: confregit in die iræ ſuæ Reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

Gloria Patri, & filio: & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amẽ.

Aña. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis.

Aña. Et cõcupiſcet Rex decorẽ tuum, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus.

Pſalmus 112.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

A ſolis ortu vſque ad occaſum: laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus: & ſuper cælos gloria eius.

Quis ſicut Dñs Deus noſter, qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cælo, & in terra?

Suſcitans à terra inopẽ: & de ſtercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, &c.

Aña. Et cõcupiſcet Rex decorẽ tuum, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus.

Aña. Potens in opere, & ſermone leniuit iracundiam Domini, & cõcilia-

ciliauit cor Patris ad Filium.

Pſalmus 121.

Laetatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri: in atrijs tuis Hieruſalem.

Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus tribus Domini, teſtimonium Iſrael: ad cõfitendum nomini Domini.

Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalẽ: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei noſtri: quæſiui bona tibi.

Gloria Patri, &c.

Aña. Potens in opere, & ſermone leniuit iracundiam Domini, & cõciliauit cor Patris ad Filium.

Aña. Quaſi arcus reſulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarum in diebus vernis.

Pſalmus 126.

Niſi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cũ dederit dilectis ſuis

ſomnũ: Ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuũ ex ipſis: non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria Patri, &c.

Aña. Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarum in diebus vernis.

Aña. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis.

Pſalmus 147.

LAuda Hieruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam cõfortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terræ: velociter currit ſermo eius.

Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam ſicut bucellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?

Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum ſuum Iacob: iuſtitias, & iudicia ſua Iſrael.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, &c.

Aña. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis.

Ca-

Capitulum.

MVlierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius: confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs nõ indigebit.

℟. Deo gratias.

Hymnus.

DOmare cordis impetus Eliſabeth
Fortis, inopsq. Deo
Seruire Regno prętulit.
En fulgidis recepta cæli ſedibus,
Sidereęq; domus
Ditata ſanctis gaudijs.
Nunc regnat inter Cœlites beatior.
Et premit aſtra, docens
Quæ vera ſint Regni bona.
Patri Poteſtas, Filioque gloria,
Perpetuumq; decus
Tibi ſit Alme Spiritus.
Amen.

℣. Ora pro nobis Beata Eliſabeth.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Ad Magnificat.

Aña. Et nunc Reges intelligite erudimini qui iudicatis terram.

Canticum B. Mariæ Virginis. *Luc.* 1.

MAgnificat: anima mea Dominum.

Et exultauit ſpiritus meus: in Deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.

Et miſericordia eius à pro-

progenie in progenie: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mẽte cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham, & ſemini eius in ſæcula.
Gloria Patri, &c.
Añ. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.

Oratio.

Clementiſſime Deus, qui Beatam Eliſabeth Reginam, inter cæteras egregias dotes, bellici furoris ſedandi prærogatiua decoraſti, da nobis eius interceſsione poſt mortalis vitæ quam ſuppliciter petimus pacem, ad æterna gaudia peruenire. Per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſęcula ſæculorum. Amen.

AD MATVTINVM

Pater noſter, &c.
Aue Maria, &c.
Credo, &c. ℣.
Domine labia mea aperies.
℟. Et os meum annunciabit laudẽ tuã.
℣. Deus

℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui Sancto.
Sicut erat, &c.

Inuitatorium.

Laudemus Deum noſtrũ.* In ſanctis operibus Beatę Eliſabeth.
Laudemus Deum noſtrũ. In ſanctis operibus Beatę Eliſabeth.

Pſalmus 94.

Venite exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei.
Laudemus Deũ noſtrũ. In ſanctis operibus Beatæ Eliſabeth.
Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos; quoniam non repellet Dominus plebẽ ſuã, quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe conſpicit.
In ſanctis operibus Beatæ Eliſabeth.
Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius: venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.
Laudemus Deum noſtrũ. In ſanctis operibus Beatæ Eliſabeth.
Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecũdum diem tentationis in deſerto: vbi tentauerũt me pa-

patres veſtri probauerũt, & viderunt opera mea.

In ſanctis operibus Beatæ Eliſabeth.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, ſemper hi errãt corde: ipſi vero nõ cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.

Laudemus Deum noſtrũ In ſanctis operibus Beatæ Eliſabeth.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nũc, & ſemper: & in ſecula ſeculorum Amen.

In ſanctis operibus Beatæ Eliſabeth.

Laudemus Deũ noſtrũ: In ſanctis operibus Beatæ Eliſabeth.

Hymnus.

Domare cordis impetus Eliſabeth Fortis, inopſq; Deo Seruire Regno pretulit.

En fulgidis recepta cęli ſedibus, Sidereæq. domus Ditata ſanctis gaudijs.

Nunc regnat inter Cœlites beatior. Et premit aſtra, docens Quæ vera ſint Regni bona.

Patri Poteſtas, Filioque gloria, Perpetuumq; decus Tibi ſit Alme Spiritus. Amen.

IN I. NOCTVRNO

Añ 1. Eleuata eſt magnificentia Eliſabeth ſuper Cælos.

Pſalmus 8.

Domine, Dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra!

Quoniã eleuata eſt magnificentia tua: ſuper cælos.

Ex ore infantium, & lacten-

ctentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicũ & vltorem.

Quoniam videbo cælos tuos opera digitorũ tuorum: lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?

Minuiſti eum paulo minus ab angelis, gloria, & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues, & boues vniuerſas inſuper, & pecora campi.

Volucres cæli, & piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.

Domine Dominus noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

Gloria Patri, &c.

Aña. Eleuata eſt magnificentia Eliſabeth ſuper cælos.

Aña. Veni electa mea, & ponam in te thronũ meum, quia concupiuit Rex ſpeciem tuam.

Pſalmus 18.

Caeli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquelæ, neque ſermones: quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorũ.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tãquam ſponſus procedẽs de thalamo ſuo.

Exultauit vt gigas ad currendam viam: à ſummo cælo egreſſio eius.

Et

E t occurſus eius, vſque ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

L ex Domini immaculata conuertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.

I uſtitiæ Domini rectæ lætificantes corda: præceptum Domini lucidũ, illuminans oculos.

T imor Domini ſanctus, permanens in ſæculum ſæculi: iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa.

D eſiderabilia ſuper aurum, & lapidem precioſum multum; & dulciora ſuper mel, & fauum.

E tenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.

D elicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.

S i mei nõ fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor a delicto maximo.

E t erunt vt complaceãt eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

D omine adiutor meus: & redemptor meus.

G loria Patri, &c.

Aña. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, quia concupiuit Rex ſpeciem tuam.

Añ. Accepit benedictionem a Domino, & miſericordiam a Deo ſalutari ſuo.

Pſalmus 23.

DOmini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.

Q uia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina pręparauit eum.

Q uis aſcendet in montẽ Domini: aut quis ſtabit

in

in loco ſancto eius?
I nnocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam:nec iurauit in dolo proximo ſuo.
H ic accipiet benedictionem a Domino: & miſericordiam a Deo ſalutari ſuo.
H æc eſt generatio quærentium eum:querentiũ faciem Dei Iacob.
A ttollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales:& introibit Rex gloriæ.
Q uis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.
A ttollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.
Q uis eſt iſte Rex glorię? Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.
G loria Patri,&c.

Aña. Accepit benedictionem a Domino, & miſericordiam a Deo ſalutari ſuo.
℣. Multæ filię congregauerunt diuitias.
℟. Tu ſupergreſſa es vniuerſas.
P ater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo. Amen.

Abſolutio.

E Xaudi Domine Ieſu Chriſte preces ſeruorum tuorum, & miſerere nobis, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorum.

Amen.

℣. Iube domne benedicere,

Benedictio.

Benedictione perpetua bene-

benedicat nos Pater æternus. ℟. Amen.

De Parabolis Salomonis. *Cap.* 31.

Lectio j.

MVlierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretiũ eius. Confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ. Quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portãs panem ſuum. Et de nocte ſurrexit, deditq; prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrum, & emit eum: de fructu manuum ſuarũ plantauit vineam. Accinxit fortitudine lũbos ſuos, & roborauit brachium ſuum. Tu autem Domine miſerere nobis.

℟. Deo gratias.

℟. j. Regali exorta progenie triumphat in cælis Eliſabeth triplici circũdata varietate meritorum: * Nam in terra in triplici vitæ gradu poſteris immitanda virtutum reliquit exempla. ℣. Virginalem ſtatum, coniugalem, & vidualem inoffenſo pede cucurrit. Nam in terra, &c.

Benedictio.

Vnigenitus Dei Filius nos benedicere, & adiuuare dignetur. ℟. Amẽ.

Le-

Lectio ij.

GVſtauit, & vidit quoniã bona eſt negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum ſuã miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cũ ſenatoribus terræ. Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. ij. Os ſuum aperuit ſapientiæ: * Et lex clementiæ in lingua eius. ℣. Quoniam perueniſti eam in benedictionibus dulcedinis. Et lex.

Benedictio.

Spiritus ſancti gratia illuminet ſenſus, & corda noſtra. ℟. Amen.

Lectio iij.

FOrtitudo & decor indumẽtum eius, & ridebit in die nouiſsimo. Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Conſiderauit ſemitas domus ſuę,

& panem otioſa non comedit. Surrexerunt filij eius & beatiſsimã prędicauerũt, vir eius, & laudauit eã. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier timẽs Dominum, ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuum ſuarũ, & laudent eã in portis opera eius. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. iij. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eam.

℣. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti eam Dñe. Et voluntate, &c.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto. Et voluntate &c.

IN II. NOCTVRNO.

Antiphona.

Propter veritatem, manſuetudinem, & iuſtitiam deducet te mirabiliter dextera tua,

Pſalmus 44.

Ructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus ſcribæ: velociter ſcribentis.

Speciofus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo: ſuper femur tuum potentiſsime.

Specie tua, & pulchritudine tua: intende, proſpere procede, & regna.

Propter veritatem, & man-

manſuetudinem,& iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

S agittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadēt)in corda inimicorum regis.

S edes tua Deus in ſæculum ſæculi: virga directionis,virga regni tui.

D ilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis.

M yrrha,& gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo.

A ſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate.

A udi filia, & vide,& inclina aurē tuam: & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.

E t concupiſcet Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus: & adorabunt eum.

E t filiæ Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

O mnis gloria eius filiæ Regis ab intus: in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.

A dducentur Regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi.

A fferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum Regis.

P ro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.

M emores erunt nominis tui Domine: in omni generatione & generationem.

P ropterea populi confitebuntur tibi in æternum: & in ſæculum ſæculi.

G loria Patri,&c.

Aña. Propter veritatem, manſuetudinem, & iuſtitiam deducet te mirabiliter dextera tua.

Aña. Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni.

Pſalmus 45.

DEus noſter refugium & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſsimus.

Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, & mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Venite & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella vſque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.

Vacate & videte quoniã ego ſum Deus: exaltabor in gẽtibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutũm nobiſcũm: ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Gloriã Patri, &c.

Aña. Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni.

Aña. Iuſtitia & miſericordia plena eſt dextera tua.

Pſal-

Pſalmus 47.

MAgnus Dñs, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.

Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion: latera Aquilonis, ciuitas regis magni.

Deus in domibus eius cognoſcetur: cum ſuſcipiet eam.

Quoniã ecce Reges terræ congregati ſunt: conuenerunt in vnum.

Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſũt, commoti ſũt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturiẽtis: in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.

Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum.

Suſcepimus Deus miſericordiam tuam: in medio templi tui.

Secundum nomẽ tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine.

Circundate Sion, & cõplectimini eam: narrate in turribus eius.

Ponite corda veſtra in virtute eius, & diſtribuite domos eius: vt enarretis in progenie altera.

Quoniam hic eſt Deus Deus noſter in ęternum, & in ſæculum ſæculi: ipſe reget nos in ſæcula.

Gloria Patri, &c.

Aña. Iuſtitia & miſericordia plena eſt dextera tua.

℣. Virga tua & baculus tuus.

℟. Ipſa me conſolata ſunt.

Pater noſter, &c.

Abſolutio.

IPſius pietas & miſericordia nos adiuuet, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſęcula ſęculorum. ℟. Amen.

℣. Iube domne benedicere.

Benedictio.

Deus Pater omnipotens ſit nobis propitius & clemens. ℟. Amen.

Lectio iiij.

ELiſabethā Aragoniæ Regibus ortam Chriſti anno milleſimo duceteſimo ſeptuageſimo primo in præſagium futuræ ſanctimonię Parentes, pręter morem, relicto matris, Auięq; nomine, à magna eius matertera Thuringiæ Domina Sancta Eliſabetha in baptiſmo nominatam voluere. Vbi nata eſt, ſtatim patuit quā felix Regum, Regnorumq; eſſet futura pacatrix, natalitia enim eius lætitia pernicioſas Aui, Patriſq; diſsē ſiones in cōcordiā cōuertit. Pater vero creſcentis poſtea filię admiratus indolem, affirmabat fore, vt vna Eliſabetha, reliquas Aragoniorum Regū ſanguine creatas fœminas virtute longe ſuperaret. Sic cæleſtem ipſius vitam in contemnendo corporis ornatu, in fugiendis voluptatibus, in ieiu-

ieiunijs frequentādis, in diuinis precibus aſſidue recitandis, in charitatis operib. exercendis, veneratus, rerum ſuarum, Regniq; felicitatē vnius filiæ meritis referebat acceptam. Tandem vbiq; nota, & à multis principibus exoptata, Dionyſio Luſitaniæ Regi Chriſtianis cæremonijs ritè eſt in matrimonium collocata. Tu autem Domine miſerere nobis.

℟. Deo gratias.

℟. iiij. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui? Et cõcupiſcet Rex decorem tuum.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua intende, proſpere procede, & regna. Et concupiſcet, &c.

Benedictio.

Chriſtus perpetuæ det nobis gaudia vitæ.

Lectio v.

IVncta coniugio, non minorem excolendis virtutibus, quam liberis educādis operam dabat, viro placere ſtudēs, ſed magis Deo. Mediam ferè anni partem ſolo pane tolerabat, & aqua: quæ in quodam ipſius morbo diuinitus verſa eſt in vinū, cū id à medicis præſcriptum bibere recuſaſſet. Pauperis fœminæ vlcus horrendum exoſculata, de repente ſanauit. Pecunias pau-

peribus diſtribuēdas, vt Regē laterent, hyberno tempore in roſas conuertit. Virginem cæcam à natiuitate illuminauit, multos alios ſolo Crucis ſigno à grauiſſimis morbis liberauit; plurima id genus miracula patrauit. Monaſteria, Collegia, & Templa non modo extruxit, ſed etiam magnifice dotauit. In Regum diſcordijs cōponendis admirabilis fuit: in priuatis, publicisq; mortalium ſubleuandis calamitatibus indefeſſa. Tu autem Dñe miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. v. Manum ſuam miſit ad fortia: Manum ſuam aperuit inopi & palmas ſuas extēdit ad pauperē. ℣. Diſperſit dedit pauperibus iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi: Manum ſuam, &c.

Benedictio.

Ignem ſui amoris aſcendat Deus in cordibus noſtris. Lectio vj.

DEfuncto Rege Dionyſio ſicut virginibus in prima ætate, in matrimonio coniugibus ita viduis in ſolitudine fuit omniū virtutū exēplar, illicò enim religioſis Sāctæ Claræ veſtibus induta, Regio funeri conſtāter interfuit, ac paulo poſt Compoſtellam proficiſcēs multa ex holoſerico, argento, auro, gem-

misq;

miſq;donaria pro Regis anima obtulit: inde reuerſa domum quicquid ſibi charũ, aut pretioſum ſupererat, in ſacros ac pios vſus conuertit: abſoluendoque ſuo verè Regio Conimbricẽſi virginum cœnobio, & alẽdis pauperibus, & protegendis viduis defendendis pupillis, miſeris omnibus iuuandis intenta, non ſibi, ſed Deo, & mortalium omnium commodis viuebat. Reges duos filium & generum pacificatura, Stremotium nobile oppidũ veniens, morbo ex itinere contracto, ibidem à Virgine Deipara viſitata, ſanctiſſime obijt, anno milleſimo tercenteſimo trigeſimo ſexto, die quarta Iulij. Poſt mortem multis miraculis claruit, præſertim ſuauiſſimo corporis iam per annos fere tercentos incorrupti, odore; ſemper etiam Reginæ ſanctæ cognomẽto celebris, tandem anno Iubilæi, & noſtræ ſalutis milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoquinto, totius Chriſtiani orbis concurſu, & applauſu, ab Vrbano VIII. rite inter Sanctos adſcripta eſt. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟.vj.

℟. vj Regnum mundi, & omnem ornatum ſæculi contēpſi propter Amorem Domini mei IESV Chriſti: * Quē vidi, quē amaui, in quem credidi, quem dilexi.

℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Quem vidi, &c.

Gloria Patri, &c. Quem vidi, &c.

IN III. NOCTVRNO.

Antiphona. Cōfeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius, ſanctitas, & magnificentia in ſanctificatione eius.

Pſalmus 95.

Cantate Dño canticum nouum: cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem ſalutare eius.

Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes Deos.

Quoniã omnes dij gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.

Confeſsio & pulchritudo in cōſpectu eius: ſanctimonia, & magnificentia in sāctificatione eius.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam, & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hoſtias & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio ſancto eius.

Commoueatur à facie eius vniuerſa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebi-

uebitur: iudicabit populos in æquitate.
Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius: gaudebũt campi, & omnia quæ in eis ſunt.
Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum à facie Domini, quia venit: qm̃ venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrę in æquitate: & populos in veritate ſua.
Gloria Patri, &c.
Antiph. Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius ſanctitas,& magnificentia in ſanctificatione eius.
Aña. Annunciauerunt Cæli iuſtitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.

Pſalmus 96.

Dominus regnauit exultet terra: lætentur inſulæ multæ.
Nubes & caligo in circuitu eius: iuſtitia,& iudicium correctio ſedis eius.
Ignis ante ipſum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & commota eſt terra.
Montes ſicut cera fluxerunt a facie Domini: a facie Domini omnis terra.
Annunciauerũt cæli iuſtitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.
Adorate eum omnes angeli eius: audiuit & lætata eſt Sion.
Et exultauerũt filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine.
Quoniam tu Dominus altiſsimus ſuper omnem ter-

terram: nimis exaltatus es ſuper omnes Deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia.

Lætamini iuſti in Dño: & confitemini memoriæ ſanctificationis eius.

Gloria Patri, &c.

Antiph. Annunciauerūt cæli iuſtitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.

Aña. Iudicauit in iuſtitia, & populos in æquitate. Pſalmus 97.

Cantate Dño canticū nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius: & brachium ſanctum eius.

Notum fecit Dominus ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ: & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Viderunt omnes termini terræ: ſalutare Dei noſtri.

Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & pſallite.

Pſallite Domino in cithara, in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in cōſpectu Regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt a conſpectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia: & populos in æquitate.

Gloria Patri, &c.

Aña.

Aña. Iudicauit in iuſtitia, & populos in æquitate.

℣. Ignis ante ipſam pręcedet.

℞. Et inflammabit in circuitu inimicos eius.

Pater noſter, &c.

Abſolutio.

A Vinculis peccatorum noſtrorum abſoluat nos omnipotens, & miſericors Dominus.

℞. Amen.

Iube domne benedicere.

Benedictio.

Euangelica lectio ſit nobis ſalus & protectio.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Lectio vij. *cap.* 13.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ. *Hom.* 11.

CÆlorum regnũ fratres cariſſimi, idcirco terrenis rebus ſimile dicitur, vt ex his quæ animus nouit, ſurgat ad incognita, quæ non nouit: quatenus exẽplo viſibilium ſe ad inuiſibilia rapiat, & per ea, quæ vſu didicit, quaſi confricatus incaleſcat, vt per hoc quod ſit notum diligere, diſcat, & incognita amare. Ecce enim regnum cælorum theſauro in agro abſcondito comparatur

tur, quem qui inuenit homo abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa, quæ habet, & emit agrum illum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. vij. Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clemẽtiæ in lingua eius, conſiderauit ſemitas domus ſuæ: Et loquebatur de teſtimonijs Domini. ℣. Guſtauit, & vidit quia bona eſt negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Et loquebatur, &c.

Benedictio.

Cuius feſtum colimus ipſa intercedat pro nobis ad Dominum. ℟. Amen.

Lectio viij.

Qua in re, hoc quoque notandum eſt, quod inuẽtus theſaurus abſconditur vt ſeruetur quia ſtudium cæleſtis deſiderij à malignis ſpiritibus cuſtodire non ſufficit, qui hoc & ab humanis laudibus non abſcondit. In præſenti etenim vita quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem ſpiritus iter noſtrum quaſi quidam latrunculi obſident. Deprædari ergo deſiderat, qui theſaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non

vt

vt proximi opera noſtra bona non videãt, cum ſcriptum ſit: Videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt: ſed vt per hoc, quod agimus, laudes exterius non quęramus. Sic autem ſit opus in publico, quatenus intẽtio maneat in occulto: vt & de bono opere proximis præbeamus exẽplum, & tamen per intentionem qua ſoli Deo placere quærimus, ſemper optemus ſecretum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. viij. Inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ; & præpoſui illam regnis, & ſedibus: Et diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.

℣. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis. Et diuitias, &c.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Et diuitias, &c.

Lectio ix.

THeſaurus autẽ cęleſte eſt deſiderium: ager vero in quo theſaurus abſcõditur, diſciplina ſtudij cæleſtis. Quem profecto agrum, venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renuncias, cũcta ſua terrena deſideria per diſciplinæ cæleſtis cuſtodiam

calcat,

calcat, vt nihil iam, quod caro blanditur, libeat, nihil quod carnalem vitã trucidat, ſpiritus perhorreſcat. Tu autem Domine miſerere nobis.

℟. Deo gratias.

Hymnus SS. Ambroſ. & Auguſt.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cæli, & vniuerſæ poteſtates.

Tibi Cherubim, & Seraphim: inceſſabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.

Pleni ſunt cæli, & terra: maieſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarũ: ſancta confitetur Eccleſia.

Patrem immenſæ maieſtatis.

Venerandum tuum verum, & vnicum Filium.

Sanctum quoque paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ, Chriſte.

Tu Patris ſempiternus es Filius.

Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, nõ horruiſti virginis vterũ.

Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti credentibus regna cælorum.

Tu ad dexterã Dei ſedes: in gloria Patris.

Iudex crederis eſſe venturus.

Te ergo quæſumus tuis famulis ſubueni: quos

pre-

pretioſo ſanguine redemiſti.

Aeterna fac cum ſanctis tuis: gloria numerari.

Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, & extolle illos: vſque in æternum.

Per ſingulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in ſæculum: & in ſæculum ſæculi.

Dignare Domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.

Miſerere noſtri Domine: miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quẽadmodum ſperauimus in te.

In te Domine ſperaui: non confundar in æternum.

AD LAVDES.

DEVS in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuandũ me feſtina. ℣.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. Alleluia. Antiphona.

Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis.

Pſalmus 92.

DOminus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.

Etenim firmauit orbem

terræ : qui non commouebitur.

Parata ſedes tua ex tūc: à ſæculo tu es.

Eleuauerunt flumina Domine : eleuauerunt flumina vocem ſuam.

Eleuauerunt flumina fluctus ſuos : à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domum tuam decet ſanctitudo Domine, in longitudine dierum.

Gloria Patri &c.

Antiphona. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuauitatis.

Antiph. Et concupiſcet Rex decorem tuū, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus. Pſal. 99.

IVbilate Deo omnis terra: ſeruite Domino in lætitia.

Introite in conſpectu eius: in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Populus eius, & oues paſcuæ eius: introite portas eius in confeſſione, atria eius in hymnis, cōfitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus, in æternum miſericordia eius: & vſque in generationē, & generationem veritas eius.

Gloria Patri, &c.

Antiph. Et concupiſcet Rex decorem tuum quia ipſe eſt Dominus Deus tuus. Antiph. Potens in opere, & ſermone leniuit iracūdiam Domini, & conciliauit cor Patris ad filium.

Pſalmus 62.

DEus Deus meus: ad te de luce vigilo. Si-

Sitiuit in te anima mea: quã multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.

Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor meus.

Et in velamẽto alarum tuarũm exultabo, adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, laudabũtur omnes qui iurant in eo: quia obſtructũ eſt os loquentium iniqua.

Pſalmus 66.

Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteãtur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gẽtes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteãtur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra de-

dit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. Gloria Patri, &c.

Aña. Potens in opere, & ſermone leniuit iracundiam Domini, & cōciliauit cor patris ad filium. Antiphona. Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarum in diebus vernis.

Canticum trium puerorum. *Daniel* 3.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite Cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos sūt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite ſol, & luna Domino: benedicite ſtellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber, & ros Domino: benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, & æſtus Domino: benedicite frigus, & æſtas Domino.

Benedicite rores, & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies, & niues Domino: benedicite noctes, & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura, & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite montes, & colles Domino: benedicite vniuerſa germinantia

tia in terra Domino.
Benedicite fontes Domino: benedicite maria & flumina Domino.
Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino: benedicite omnes volucres cęli Domino.
Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino: benedicite filij hominũ Domino.
Benedicat Iſrael Dominum: laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula.
Benedicite ſacerdotes Domini Domino: benedicite ſerui Domini Domino.
Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum Domino: benedicite ſancti, & humiles corde Domino
Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu: laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.
Benedictus es Domine in firmamento cæli: & laudabilis, & glorioſus & ſuperexaltatus in ſæcula.
Aña. Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarum in diebus vernis.

Antiphona.

Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis.

Pſalmus 148.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelſis.
Laudate eũ omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtellæ, & lumen.
Laudate eum cęli cælorum:

rum: & aquę omnes quę ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini.
Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt.
Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit, & nō præteribit.
Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyſſi.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.
Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.
Beſtiæ, & vniuerſa pecora: ſerpentes, & volucres pennatæ.
Reges terræ & omnes populi: Principes & omnes Iudices terræ.
Iuuenes & virgines, ſenes, cū iunioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.
Cōfeſſio eius ſuper cælum, & terram: & exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus ſanctis eius, filijs Iſrael: populo appropinquanti ſibi. Pſalmus 149.

Cantate Domino cāticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.
Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum: & filiæ Sion exultent in Rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei.
Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: & exaltauit manſuetos in ſalutem.
Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.
Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij

anci-

ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

Pſalmus 150.

Laudate Dominũ in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eũ in virtutibus eius: laudate eũ ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui, &c.

Aña Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ & quaſi Luna plena in diebus ſuis.

Capitulum.

Mvlierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius: confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs nõ indigebit.

℟. Deo gratias.

Hymnus.

Opes, decusq; Regium reliqueras, Eliſabeth, Dei dicata numini, Recepta nunc bearis

inter Angelos:
Libens ab hoſtium tuere nos dolis.
Præi, viamq; dux ſalutis indica:
Sequemur. O ſit vna mens fidelium,
Odor bonus ſit omnis actio, tuis
Id innuit roſis operta charitas.
Beata charitas in arce ſiderum,
Potens locare nos per omne ſæculum:
Patriq;, Filioq; ſumma gloria,
Tibiq; laus perennis, Alme Spiritus.
Amen.

℣. Meritis & precibus Beatæ Eliſabeth.
℟. Propitius eſto Domine populo tuo.

Ad Benedictus.

Antiph. Tu gloria Hieruſalē, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi tui.

Canticum Zachariæ.
Luc. 1.

BEnedictus Dominus Deus Iſrael: quia viſitauit & fecit redemptionē plebis ſuæ.
Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui à ſæculo ſunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omniū qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrē noſtrum: daturum ſe nobis.
Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.
In ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus

diebus noſtris.

Et tu puer, propheta altiſſimi vocaberis: prę-ibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſsionem peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Aña. Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificẽtia populi tui.

Oratio.

Clementiſſime Deus, qui Beatam Eliſabeth Reginam, inter cæteras egregias dotes, bellici furoris ſedandi prærogatiua decoraſti, da nobis eius interceſsione poſt mortalis vitæ quam ſuppliciter petimus pacem, ad æternę gaudia peruenire. Per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſęcula ſæculorum. ℟. Amen.

AD PRIMAM.

Aña. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuauitatis.

Pſal. Deus in nomine tuo. Beati immaculati.

℟e-

℟ etribue ſeruo tuo. vt in pſalterio.

Capitulum.

REgi ſæculorum immortali, & inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

℟. Deo gratias.

℟. breu. Chriſte fili Dei viui, * Miſerere nobis. Chriſte, &c. ℣. Qui ſedes ad dexteram Patris. Miſerere. ℣. Gloria Patri, &c. ℟. Chriſte, &c.

℣. Exurge Chriſte adiuua nos.

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui ad principiũ huius diei nos peruenire feciſti: tua nos hodie ſalua virtute: vt in hac die ad nullum declinemus peccatum, ſed ſemper ad tuã iuſtitiam faciendam noſtra procedant eloquia, dirigantur cogitationes, & opera. Per Dominum noſtrum, &c.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Benedicamus Dño.

℟. Deo gratias.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini.

℟. Mors sãctorum eius.

Oratio.

SAncta Maria, & omnes ſancti, intercedãt pro nobis ad Dominum: vt nos mereamur ab eo adiuuari & ſaluari, qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen. ℣. Deus in adiutorium meum intẽde. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.

Et dicitur ter, vltimo additur. Gloria Patri.

Si-

Sicut erat. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne. ℟. Sed li. ℣ Reſpice in ſeruos tuos Domine, & in opera tua, & dirige filios eorum. ℟. Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos, & opus manuum noſtrarum dirige. ℣. Gloria Patri. ℟. Sicut erat.

Oratio.

Dirigere & ſanctificare, regere, & gubernare dignare Domine Deus Rex cæli & terræ, hodie corda & corpora noſtra, ſenſus, ſermones, & actus noſtros, in lege tua, & in operibus mandatorum tuorũ: vt hic, & in æternum, te auxiliante, ſalui, & liberi eſſe mereamur, Saluator mundi. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. ℣. Iube domne benedicere.

Benedictio. Dies & actus noſtros in ſua pace diſponat Dominus omnipotens. ℟. Amen.

Ad Abſolutionem Capituli. Lectio breuis.

Multæ filiæ cõgregauerũt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier timens Dominum ipſa laudabitur. Tu autẽ Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælũ & terram. ℣. Benedicite. ℟. Deus. Benedictio. Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat & ad vitam perducat æternam, & Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcãt

in

in pace.

℟. Amen.

AD TERTIAM.

Aña. Et cõcupiſcet Rex decorẽ tuum, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus. Pſalmi, vt in Pſalt.

Capitulum.

MVlierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius, confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit.

℟. Deo gratias.

℟. br. Specie tua *Et pulchritudine tua. Specie.

℣. Intende, proſpere procede, & regna. Et pulchritudine. ℣. Gloria Patri. ℟. Specie.

℣. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo.

℟. Deus in medio eius non commouebitur.

Oratio. Clementiſſime Deus, vt ſupra.

AD SEXTAM.

Aña. Potens in opere, & ſermone leniuit iracundiam Domini, & cõciliauit cor Patris ad Filium.

Pſalm. vt in Pſalt.

Capitulum.

MAnum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem: non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis. ℟. Deo gratias.

℟. breu. Adiuuabit eam * Deus vultu ſuo. Adiuuabit. ℣. Deus in medio eius non commouebitur. Deus vultu ſuo.

℣. Gloria Patri. ℟. Adiuuabit.

℣. Elegit eam Deus, & præelegit eam.

℟. In tabernaculo ſuo habitare facit eam.

Oratio. Clementiſſime Deus, vt ſupra.

AD NONAM.

Antiph. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in die-

die bus ſuis.

Capitulum.

MVltæ filiæ cõgregauerũt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier timẽs Dominum ipſa laudabitur.

℞. Deo gratias.

℞. bre. Elegit eam Deus * Et præelegit eam. Elegit eam. ℣. In tabernaculo ſuo habitare facit eam. Et præelegit. ℣. Gloria Patri. ℞. Elegit eam.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℞. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Oratio. Clementiſſime Deus, vt ſupra.

IN SECVNDIS VESP.

Antiph. Dum eſſet Rex. Pſalm. Dixit Dominus. Laudate pueri. Lętatus ſum. Niſi Dominus. Lauda Hieruſalem. Capit. Mulierem fortẽ. Hymn. Domare cordis. ℣. Ora pro nobis. vt in j. Veſp.

Ad Magnificat.

Aña. Eliſabeth pacis & patriæ mater in cælo triumphans dona nobis pacem.

Oratio.

CLemẽtiſſime Deus qui Beatam Eliſabeth Reginam inter cæteras egregias dotes bellici furoris ſedandi prærogatiua decoraſti, da nobis eius interceſſione poſt mortalis vitæ quam ſuppliciter petimus pacem, ad æternæ gaudia peruenire. Per Dominum noſtrum, &c.

FINIS.

DECRETVM.

OFficium proprium ſupradictum S. Eliſabeth Reginæ Portugalliæ recitandum de mandato S.D.N. die 4. Iulij in Regno Portugalliæ ſub ritu duplici, extra vero Regnum ſub ritu ſemiduplici. Sacra Rituum Congregatio approbauit, & vt liberè, & licitè ab omnibus recitari poſſit, & valeat, licentiam & facultatem dedit, & conceſſit die 7. Auguſti 1628.

Io. Baptiſta Card. Detus.

Loco ✠ Sigilli.

F. Fulu. Benignus Secr.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE